# Band XI., Nr. N5599, Seite 481-482

*Graf Ulrich von Berg eignet dem Kloster Heggbach eine Hube in Mietingen.*

## Gamerschwang, 1250. Juli 27.

W̊lricus dei gratia comes de Berge omnibus presentem paginam inspecturis salutem in omnium salvatore. Universitatem vestram cupimus non latere, quod cum abbatissa totusque conventus de Heggebach Constantiensis diocesis super quadam hůba in Můtingen sita cum Hainrico Můione et C. fratre suo cum omnibus sororibus eorum, quam hůbam prefati fratres et sorores dicebant iam dicto cenobio circumscripto iure legali fore collatam, aliquamdiu litigassent, predicta abbatissa totusque conventus ecclesie prenominate ad redimendum vexationem suam supradictis Můionibus et omnibus sororibus eorum prehabito bonorum virorum consilio quandam summam pecunie contulerunt, sepedicti vero Můiones et omnes sorores eorum prefatam hůbam in Můtingen in manus nostras more ministerialium resignaverunt et nos iam dictum predium sepedicte ecclesie in anime nostre nec non parentum nostrorum remedium contulimus libere possidendum. Ut autem ista omnia inviolabiliter observentur presentem paginam cum subscriptione testium sigilli nostri munimine iussimus roborari. Testes autem huius facti sunt: Hainricus et Grerewicus fratres de Ephingen[1], Rudegerus de Thældingen[2], Hainricus de Husen, Walthe*i*rus et Růdolfus de Maselhain, dominus Hainricus de Friberch, Hainricus de Sunemůtingen[3], Hermannus de Sulmingen, B. de Můlibrunnen, Hainricus de Alberenwiler, Swigerus de Gundelvingen, Seneflinus et multi alii quos non fuit necessarium nominare.<br> <br> Acta sunt hec anno domini MCCL., apud Gamenswanc, VI. kalendas Augusti.

—

Der Textabdruck folgt dem Original.<br> <br> Abhangend das starkbeschädigte Siegel des Grafen Ulrich von Berg, vgl. die Beschreibung in WUB, Bd. IV, S. 297, Nr. 1228.

[1]Öpfingen.
[2]Tadelfingen ?
[3]Ober- und Untersulmetingen.

## Überlieferung und Publikationen

**Lagerort:**

HStA Stuttgart

**Signatur/Titel des Originals:**

B 456 U 7

**Überlieferung und Textkritik:**

Original. Regest Privilegienbuch Heggbach (17. Jh.) (HStA Stuttgart B 456 Bü 46, Bl. 124v) und Archivregister Heggbach (18. Jh.) (HStA Stuttgart B 456 Bü 47, Bl. 112). Vgl. Online-Repertorium HStA Stuttgart B 456 U 7.

**Regesten:**

Regesta Heggbacensia, bearb. von Josef Anton Giefel. In: Württembergische Vierteljahrshefte für Landesgeschichte 3 (1880), S. 201-223, S. 203. Regesten Grafen von Berg, S. 24, Nr. 101.

## Weitere Angaben

**Sprache:**

Lateinisch

**Ausstellungsort:**

Gamerschwang

**Aussteller:**

Ulrich; Graf von Berg

**Ortsindex:**

Alberweiler Wohnplatz (17760)<br> Alberweiler, Schemmerhofen, BC<br> Berg Wohnplatz (16762)<br> Berg, Ehingen (Donau), UL<br> Freyberg Wohnplatz (17778)<br> Freyberg, Gutenzell-Hürbel, BC<br> Gamerschwang Wohnplatz (16775)<br> Gamerschwang, Ehingen (Donau), UL<br> Gundelfingen Wohnplatz (15913)<br> Gundelfingen, Münsingen, RT<br> Hausen ob Allmendingen Wohnplatz (16672)<br> Hausen ob Allmendingen, Allmendingen, UL<br> Heggbach Wohnplatz (17376)<br> Heggbach, Maselheim, BC<br> Konstanz Wohnplatz (14442)<br> Konstanz, KN<br> Maselheim Wohnplatz (17380)<br> Maselheim, BC<br> Mietingen Wohnplatz (17392)<br> Mietingen,

BC<br> Obermöllenbronn Wohnplatz (18871)<br> Obermöllenbronn, Bad Waldsee, RV<br> Obersulmetingen Wohnplatz (17368)<br> Obersulmetingen, Laupheim, BC<br> Sulmingen Wohnplatz (17384)<br> Sulmingen, Maselheim, BC<br> Tadelfingen Wüstung (23909)<br> Tadelfingen, Setzingen, UL, W<br> Untermöllenbronn Wohnplatz (18886)<br> Untermöllenbronn, Bad Waldsee, RV<br> Untersulmetingen Wohnplatz (17369)<br> Untersulmetingen, Laupheim, BC<br> Öpfingen Wohnplatz (16919)<br> Öpfingen, UL